



LECTURO  
FELICITATEM  
AUTOR.



Ralatitium est Sagacissimi *per ignem Philo-  
sophi* effatum: non hauriendas è gremio  
Elementorum, nec ad placitum ortarum,  
inde qualitatum dimetiendas Naturæ o-  
perationes. Nec suâ destitutum ratio-  
ne; Quantam enim fictus iste quaternio  
cum satellitibus qualitatibus Arti Apollineæ attulerit ste-  
rilitatem, ipsa hæcenus affatim elocuta est Natura rerum,  
ubique quadrigæ isti peripateticæ repugnans. Ex quo  
est, quod à prisco *Coi* ævo nihil progressa Medicina per gy-  
rum rediit, & *Pergameni* locupletata præstigiis, circum-  
actaq; rotante eodem cum posteris, in circulum, tenebrico-  
sam tandem concepit vertiginem in cerebris medentium,  
unde foecunda facultatum, qualitatum, complexionum, a-  
liorumque ignaviæ diverticulorum seges; Quasi verò in  
augusto naturæ imperio commenta hæc unum illud cen-  
trum sint, ad cuius circulum omnes omnium creatura-  
rum proprietates circumvolverentur. Quibus quidem  
uberius delineandis in præsentis non sedet operari, paucis  
sufficiat attigisse hujus ætatis sagacitatem, quæ anteceden-  
tium seculorum supergressa felicitatem Naturæ introiit

A

Sacra-